


## 1.

Sub brevissimo compendio Philippo de Vitriaco in musica incipit. Omni desideranti notitiam artis musicae mensurabilis tam novae quam veteris obtinere certas regulas hic praesentes sub brevi compendio proponere non postpono fideliter assignare. Et quia voces seu notulas proportionabiliter oportet in hoc opere mensurare prout longae vel breves et semibreves ac minimae figurantur idcirco ad figuracionem et valorem ipsarum breviter procedamus.


## 2.

Longa ergo sub forma quadrata figurata est habens tractum a parte dextra ascendentem vel descendantem, vel duos quorum dextra excedit sinistram, et tunc talis nota dicitur plica longa. Et valet tria tempora in modo perfecto, duo autem in imperfecto. Modus imperfectus est, breves vel tempora per numerum binarium computare. Et dicitur imperfectus eo quod numerus binarius est imperfectus. Numerus vero ternarius est perfectus assumptus a trinitate scilicet a patre et filio et spiritu sancto, ubi est summa perfectio. Modus perfectus cognoscitur per pausas quando pausae in longas sunt perfectae vel quando de longa usque ad aliam longam per numerum ternarium melius quam binarium tempora computantur ut hic patet.



## 3.

Item nota, modus tempus et prolatio per rubeas distinguuntur figuras. Unde quandocumque longa invenitur rubea ponitur  
#[ Page 129v]#  
ad differentiam modi. Itaque si nigre fuerint de modo perfecto, rubeae sunt de modo imperfecto et e converso ut hic patet.



1


## 4.

Breves ponuntur rubeae ad differentiam temporis. Itaque si nigre breves

<sup>1</sup> marginal annotation in left margin


2

fuerint de tempore perfecto, rubeae sunt de imperfecto et econverso.  
Nisi cum aliqua longa forsitan ordinetur, sicut in mottetti tenore  
qui dicitur, In arboris, vel in tenore de, In nova fert animus ut  
hic.



## 5.

Semibreves rubeae ponuntur ad differentiam prolationis, ut si ni  
gre semibreves fuerint de maiori prolatione, rubeae sunt de  
minori et econverso, nisi semibreves cum aliqua brevi forsi  
tan ordinetur quia tunc ponuntur ad differentiam prolationis ut  
hic patet.



## 6.

Hos versus disce  
qui cantum discere cupis: Ante namque longa tria tempora lon  
ga meretur. Si brevis addatur duo tempora longa tenetur.  
Inter perfectas si brevis bina locetur, Temporis unius sit prima, se  
cunda dupletur.

## 7.

Explicit Philippus de Vitriaco.

2